

Jacob Lembke


Connexio Institutionum Juris

Rostochii: Typis Nicolai Schwiegerovii, Anno 1727

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1689876417>


Druck Freier  Zugang





J. R.
30. 6. 17.

Je-3194.



C
I

JA

Typ


23
CONNEXIO
INSTITUTIONUM
JURIS

JACOBI Sembken,
J. U. D. & P. P.




ROSTOCHII,
Typis NICOLAI SCHWIEGEROVII,
Ampl. Sen, Typ. Anno 1727.

CONSTITUTIONUM
JURIS
JACOBI
L. P. & S.



ROSTOCKI
NICOLAI SEPTIMO
Anst. con. Typ. anst.

CO
INS
INST
STIT
RIS, ab
et, qua
me fier
denie
Proem
in PRO
plum
PROO
de insc
textum
Inscript
1. argum
2. in
nis Dim
tilos At



I. N. D. N. J. C.

CONNEXIO INSTITUTIONUM.

Lib. I.

INSTITUTA, sive IN-
STITUTIONES JU-
RIS, ab instituendo sic di-
ctæ, quæ sunt *totius Legiti-
mæ scientiæ, sive Jurispru-
dentia prima elementa* §. 4.

Proæm. dispesci possunt:
in PROOEMIUM & i-
psum TRACTATUM.
PROOEMIUM continet
& *inscriptionem*, & ipsum
textum, & *subscriptionem*.

Inscriptio iterum continet
1. argumentum proæmii
2. invocationem Nomi-
nis Divini 3. Nomen & Ti-
tulos Auctoris, vel ab An-

A 2 tecef-

Proæmi-
um.

tecessoribus, vel à devictis
gentibus, vel à votiva ac-
clamatione populi af-
sumptos. 4. Dedicatōē
cupidæ Legum juventuti
factam. Ipse *Textus* proce-
mii tradit 1. officium boni
Imperatoris in genere,
pr. 2. applicationem il-
lius ad Imperatorem Ju-
stinianum. §. 1. usque §. 3.
confirmationem instituti-
onum §. 6. & 4. adhorta-
tionem. §. ult.

Ipse TRACTATUS
Institutionum dividitur,
vel in PARTEM COM-
MUNEM, sive genera-
lem, vel in PROPRIAM,
sive specialem. PARS
COMMUNIS agit 1. De
FINE JURISPRUDEN-
TIÆ,

TIÆ, qui est JUSTITIA
 2. de variis DIVISIONI-
 BUS & SPECIEBUS JU-
 RIS. Jurisprudencia est
*divinarum atque humana-
 rum rerum notitia, justi
 atq; injusti scientia. §. 1. d.
 Just. & Jur.* ejusque gene-
 ralia *Præcepta tria sunt;*
 honeste vivere, alterum
 non lædere, suum cuique
 tribuere §. 3. *Justitia est
 constans ac perpetua vo-
 luntas, jus suum cuiq; tri-
 buendi. pr.* JUS dividitur,
 quod aliud sit PUBLI-
 CUM, quod ad statum Rei-
 publ. Romanæ, aliud PRI-
 VATUM, quod ad singu-
 lorum utilitatem, primario
 scil. spectat. Collectumque
 est ex præceptis NATU-

Tit. I.
 de Just. &
 Jur.

Tit. II.
de Jur.
Nat. Gent.
& Civ.

RALIBUS, GENTIUM,
& CIVILIBUS. §. ult.
Jus Naturale, analogicè sic
dictum, est, quod natura o-
mnia animalia docuit pr. d.
J. N. G. & c. proprie vero,
& strictè sic dictum est
quod naturalis ratio inter
omnes homines simpliciter
constituit §. I. estque im-
mutabile §. II. Jus Gentium
est, quod naturalis ratio in-
ter omnes homines consti-
tuit, usu & humanis necessi-
tatibus exigentibus §. 2. Jus
Civile, quod quisque popu-
lus sibi proprium constituit.
d. §. 3. Et hoc iterum est,
vel SCRIPTUM, quod ex-
pressa Legislatoris volun-
tate constat, cujus species
sunt: Lex, Plebiscitum.

§. 3.

§. 3. & 4. Senatus Consul-
 tum §. 5. Principum pla-
 citum aut constitutio,
 quæ vel generalis, vel spe-
 cialis §. 6. Magistratum
 Edictum §. 7. & respon-
 sã Prudentum §. 8. vel
 NON SCRIPTUM, quod
 usus approbavit, diciturq;
 consuetudo §. 9.

PARS PROPRIA five
 specialis Institutionum
 absolvitur, secundum tria
 JURIS OBJECTA, quæ
 sunt PERSONÆ, quibus,
 RES, de quibus, & A-
 CTIONES, per quas jus
 redditur §. ult. De Perfo-
 nis agitur *Libr. 1. à Tit. 3.*
usque ad fin. de Rebus libr.
2. 3. & 4. usque ad tit. 6. de
Actionibus à Tit. 6. libr. 4.

A 4 usque

Tit. III.
de Jure
person.

usque ad finem. Primum
juris objectum PERSONÆ
considerantur potissimum,
vel JURE GENTIUM, vel CIVILI *infr.*
tit. 8. JURE GENTIUM
omnes homines sunt vel
LIBERI, *qui naturalem
habent facultatem, quidvis
faciendi, nisi quid vi aut
jure prohibeantur pr. & §.*
1. vel SERVI, *qui dominio a-*
lieno contra naturam sub-
jiuntur §. 2. dicti à ser-
vando §. 3. Hi vel nascuntur ex
ancillis nostris, vel fiunt,
idque aut Jure Gentium ca-
ptivitate, aut Jure Civili, sui
ipfius venundatione §. 4.
inter quos tamen ratione
status, nulla est differentia
§. *ult.* LIBERI sunt vel
IN-

INGENUI *qui statim, ut nati sunt, liberi sunt, pr. vel*
 LIBERTINI *qui ex justa servitute manumissi pr.*
CONSTITUUNTUR autem manumissione *justa, quæ est de manu datio.*
pr. & §. 1. IMPEDIUNTUR verò, aut per **LEGEM ÆLIAM SENTIAM** *quæ tam in fraudem creditorum pr. & §§. seqq.*
quàm minori 20. annis, aliter, quam vindictâ apud consilium, justâ causâ manumissionis approbatâ, manumittere prohibet, §. 4. & 5. (quod tamen correctum §. ult.) aut per **LEGEM FUSIAM CANNINIAM** *quæ tanquam libertatis invida itidem sublata. pr.* A 5 **JU-**

Tit. IV.
d. ingen.
 Tit. V.
de Libertin.

Tit. VI.
qui & ex quib. caus. manum.

Tit. VII.
de Leg. Fus. Can.

Tit. VIII.
*de his qui
sui vel al.
jur.*

Tit. IX.
*d. patr. po-
test.*

Tit. X.
d. nupt.

JURE CIVILI per-
sonæ dividuntur, quod
sint vel SUI, vel ALIENI
JURIS. ALIENI sunt,
vel in POTESTATE
DOMINORUM, ut Ser-
vi, quæ potestas coarctata
est. §. ult. vel in POTE-
STATE PARENTUM,
ut liberi. PATRIA PO-
TESTAS hæc, quæ est ju-
ris Civilis §. 2. considera-
tur, quæ vel CONSTI-
TUITUR, vel DISSOL-
VITUR. CONSTITUI-
TUR I. justis NUPTIIS
ad quas requiritur 1. ut
contrahentes sint *Cives Ro-
mani*. 2. *puberes*. 3. *consen-
tiant non tantum, sed & pa-
rentes, in quorum sunt po-
testate. pr.* 4. *ut secundum
præ-*

præcepta legum coëant. d.
pr. qvæ jubent à quibus-
dam nuptiis abstinend-
um, vel ob nimiam con-
sanguinitatem §. 1. usque
ad 5. vel affinitatem. §. 6.
¶ 7. vel honestatem §. 9.
vel deniqve aliam civilem
rationem. §. 11. additis in
secus facientes pœnis. §.
12. II. LEGITIMATIO-
NE. qvæ fit 1. per subse-
quens matrimonium 2. ob-
lationem curiæ 3. Rescri-
ptum Principis, idqve vel
immediate, vel mediate per
Comites Palatinos. §. ult.
 III. ADOPTIONE qvæ est
 vel adoptio in specie sic di-
 cta, nempe filiorum fam.
 imperio magistratus fa-
 cta, vel adrogatio, nempe
 pa-

Tit. XI.
d. Adops.

Tit. XII.
*quibus-
 mod. jus
 patr. pot.
 diff.*

patrum fam. auctoritate
 Principis facta §. 1. DIS-
 SOLVITUR vero patria
 potestas 1. morte naturali
pr. 2. Morte Civili, nem-
 pe deportatione §. 1. &
 servitute pœnæ §. 3. non
 vero relegatione §. 2.
 3. Dignitate §. 4. 4. Eman-
 cipatione, quæ triplex,
 Legitima, Anastasiana &
 Justinianæa §. 6. 5. Adop-
 tionem §. 8. Suspenditur
 vero captivitate, propter
 jus postliminii §. 5.

Tit. XIII.
de Tutel.

SUI JURIS PERSO-
 NÆ sunt, vel in TUTE-
 LA, vel CURA, vel NEU-
 TRO JURE TENEN-
 TUR. *pr.* Tutelæ ut &
 Curæ traduntur vel
 PROPRIA, vel COM-
 MU-

MUNIA. TUTELÆ
 PROPRIA respiciunt,
 vel CONSTITUTIONEM,
 vel EFFECTUM,
 vel DISSOLUTIONEM.
 Respectu CONSTITUTIONIS tutela definitur;
*vis ac potestas in capite libero,
 ad tuendum eum, qui
 per ætatem se defendere nequit,
 jure civili data ac permissa* §. 1. Estque vel TESTAMENTARIA, circa quam, & qui dare §. 3. Et qui dari tutores testamento possint consideratur. Vel LEGITIMA, à *Lege certis personis immediate delata*, quæ iterum quadruplex. AGNATORUM quorum tamen Jus plerumq; Status mutata-

Tit. XIV.
*qui test.
 tut. dar.
 poss.*

Tit. XV.
le legit. agnat. tut.

Tit. XVI.
*de capit.
dimin.*

Tit. XVII.
*d. legit. pa-
tron. tut.*

Tit. XIX.
*de legit. pa-
rent. tut.*

Tit. XIX.
*de Fiduc.
tutel.*

Tit. XX.
*de Attil.
Tut. & eo
qui ex L.
Jul. & Tit.
stab.*

tatione, five **CAPITIS**
DIMINUTIONE, quæ
maxima, media & mini-
ma, perimitur. **PATRO-**
NORUM, in liberos im-
puberes. **PARENTUM**,
in liberos impuberes eman-
cipatos. & **FIDUCIARIA**,
in fratres impuberes eman-
cipatos, defuncto parente,
competens. vel **DATIVA**,
quam defert magistratus,
cui hoc olim Lege Attil-
lia, Julia & Titia speciali-
ter permissum. **EFFE-**
CTUS tutelæ potissimum
consistit: partim in acti-
one, five iudicio tutelæ,
quo tutores post puberta-
tem, rationem sue admini-
strationis reddere tenen-
tur §. ult. partim in **AU-**
CTO-

TUTORITATE tutorum
*quæ est expressa approbatio
 ejus, quod cum pupillo geri-*
tur, in ipso negotio à præ-
sente tutore confestim in-
terposita §. 2. & semper
necessaria est, ubi pupil-
lus verisimiliter conditio-
nem suam deteriore[m] fa-
cere potest. pr. DISSOL-
VITUR denique tutela

Tit. XXI.
de auct.
tutor.

1. pubertate. *pr. 2. capitis*
diminutione §. 1. & 4. 3.
conditionis vel diei exi-
stentia §. 2. 4. morte §. 3.
5. remotione & 6. excusa-
tione tutorum §. ult. De
CURA speciatim agitur
quatenus vel regulariter
*est **puberum & minorum***
25. annis, qui ob ætatem
negotia sua tueri neque-
unt

Tit. XXII.
quibus
mod. tut.
fin.

Tit. XXIII
de Curator.

Tit. xxiv
de satisfacti-
onibus, vel
curat.

Tit. xxv.
de excus-
ationibus, & cu-
rat.

unt *pr.* vel irregulariter,
tam *majorum*, qui ob fu-
rorem, prodigalitem,
perpetuum morbum, a-
liamque similem causam
negotiis suis præesse non
possunt §. 3. & 4. quàm in-
terdum *pupillorum* §. ult.
COMMUNIA & tutelæ
& Curæ sunt I. SATIS-
DATIO. *qua tutores & cu-
ratores, datis fidejussi-
bus, de indemnitate pupilli
vel adulti cavere tenentur.
pr. quod nisi faciant, præ-
cipue pignoribus captis
coërcentur §. 3. II. EX-
CUSATIO. quæ est justæ
causæ allegatio, ad immu-
nitatem à tutela vel cura
consequendam, quales ju-
stæ causæ sunt. i. nume-
rus*

rus
mini
senat
4. l.
licet
gavi
ra m
adhe
tas ex
sa va
ritia
gon
juca
stator
capit
pillor
§. n.
nis m
fessio
§. n.
ame
tion

rus liberorum *pr.* 2. administratio fisci §. 1. 3. absentia Reipubl. causa. §. 2. 4. Potestas aliqua §. 3. 5. lis cum pupillo vel adulto gravior. §. 4. 6. tria onera tutelæ vel curæ non adfectatæ §. 5. 7. paupertas extrema §. 6. 8. adversa valetudo §. 7. 9. imperitia literarum, cum negotiorum imperitia conjuncta §. 8. 10. malitia testatoris §. 9. 11. inimicitia capitalis cum patre pupillorum vel adutorum §. 11. & 12. 12. ætas 70. annis major. §. 13. 14. Professio certarum artium §. 15. 15. Tutela ejusdem antea gesta §. 18. Excusatione vero proprie non

B in

indigent, sed nec volentes
ad tutelam vel curam ad-
mittuntur, Minor. §. 13.
miles §. 14. & maritus re-
spectu uxoris §. 19. III.
REMOTIO SUSPECTI
tutoris vel curatoris *i. e.*
illius, qui non ex fide tute-
lam gerit §. 5. licet satis of-
ferat aut solvendo fit §.
ult. & quidem remotus
ob dolum fit infamis, ob
culpam, intellige latam,
non æque §. 6. interdum
autem quis non solum ut
suspectus removetur, sed
insuper extra ordinem
punitur §. 9. 10.

Tit. xxvi
de suspect.
ent. cur.

¶ 11.

⦿(○)⦿

CON-

CONNEXIO
INSTITUTIONUM.

LIB. II.

Secundum Juris ob-
jectum RES, conside-
rantur I. ratione DIFFE-
RENTIARUM. II. ratio-
ne DOMINII. III. ratione
OBLIGATIONIS. *infr.*
lib. 3. tit. 14. & seqq. DIF-
FERENTIA I. rerum
est, quod sint *vel* in patri-
monio nostro, quæ cuiq;
ex variis causis adquirun-
tur, *vel* extra patrimoni-
um, *pr.* quæ iterum *vel*
communes, §. 1. 3. 5. *vel*
publicæ §. 2. & 3. *vel* uni-
versitatis §. 6. *vel* nullius,
ut res sacræ, §. 7. & 8. re-
ligiosæ §. 9. & sanctæ §. 10.

Tit. I.
*de rer. di-
vis. & ad-
quir. ear.
domin.*

DOMINIUM rerum, quod est jus in re corporali constitutum, quo res nostra est, ADQVIRITUR vel JURE GENTIUM, vel CIVILI, *infra tit. 6. & seqq.* JURE GENTIUM, tribus modis generalioribus, *Occupatione, Accessione & Traditione.* Occupatio versatur vel circa animalia, & dicitur *captura*, de qua §. 12. usque ad §. 16. vel circa res & personas hostiles, & dicitur *captivitas*, aut occupatio hostilis §. 17. vel circa res alias potissimum inanimatas, & dicitur *inventio*, quæ iterum est vel rerum ad littus maris ejectarum §. 18. vel thesauri §. 40. vel rerum

rerum pro derelicto ha-
 bitarum §. 47. in quarum
 tamen numero non sunt
 res ejectæ in tempestate,
 levandæ navis causa, nec
 aliæ, non intelligentibus
 dominis amissæ §. ult.
 Accessio, est vel *naturalis*,
 vel *industrialis* vel *mixta*.
Naturalis contingit 1. Fœ-
 tura animalium §. 19. 2.
 Alluvione §. 20. 3. Coali-
 tione terræ vi fluminis de-
 tractæ §. 21. 4. nativitate
 insulæ §. 22. 5. Alvei mu-
 tatione §. 23. *Accessio Indu-*
strialis contingit, 1. Speci-
 ficatione §. 25. & 26. 2. In-
 textura §. 27. 3. Confusi-
 one §. 28. 4. Commixti-
 one, §. 29. 5. Inædificati-
 one §. 30. & 31. 6. Planta-
 tione

B 3

II 317
 der 24
 in 1810
 1902

tione §. 32. 7. Satione §.
 33. 8. Scriptura §. 34. 9.
 Pictura §. 35. *Mixta accessio*
 fit perceptione fructuum,
 a b. f. possessore & usu-
 fructuario ex re aliena fa-
 cta §. 36. 37. & 38. Traditio
 denique est vel *specialis*, vel
generalis, ipso tamen fa-
 cto declarata, jactatione
 nempe *missilium* §. 46.
specialis est vel *vera* §. 47.
 vel *ficta*, quæ iterum vel
 brevis manus, §. 44. vel
 symbolica §. 45. II. RE-
 RUM DIFFERENTIA
 est, quod sint aut corpo-
 rales, *quæ sui natura tangi*
possunt, aut incorporales,
quæ tangi nequeunt, sed in
jure consistunt, quales po-
 tissimum sunt SERVI-
 TUTE

Tit. II.
 de reb.
 corp. & in-
 corp.

TUTES, quæ vel REALES, ubi res rei alienæ servit, aut utilitatem præstat vel PERSONALES. ILLÆ sunt vel rusticæ, quæ debentur prædio rustico, quod usum rusticum præstat, ut iter, actus, via, aquæ ductus, aquæ haustus, pecoris ad aquam adpulsus, jus pascendi, calcis coqvendæ, arenæ fodiendæ, pr. & §. 2. vel urbanæ, quæ debentur prædio urbano, quod usum urbanum præstat, ut servitus oneris ferendi, tigni immittendi, luminibus non officendi, stillicidii, vel fluminis recipiendi, vel non recipiendi, altius tollendi & non tollendi §. 1. PERSONA-

Tit. III.
de servis.
præd.

NA.

Tit. IV.
de Usu-
fruct.

Tit. V.
de Usu &
habitation.

NALES servitutes, ubi
res personae servit, sunt I.
USUS FRUCTUS qui
vel verus & dicitur *jus u-*
tendi fruendi rebus alienis,
salva earum substantia pr.
vel quasi, qui est rerum, quae
usu consumuntur §. 2. II.
USUS qui est *jus alienis re-*
bus utendi ad necessitatem,
salvâ earum substantia §. 1.
III. HABITATIO, quae est
jus alienas aedes inhabitan-
di §. 5.

JURE CIVILI ad-
quiritur rerum domini-
um vel MODIS SINGU-
LARIBUS vel UNIVER-
SALIBUS. MODI SIN-
GULARES consideran-
tur vel ratione SUI vel ra-
tione personarum. Ratio-
ne

ne sui considerati sunt
 quatuor I. USUCAPIO.
 Ad quam requiritur 1. bo-
 na fides, 2. iustus titulus, 3.
 res non vitiosa, 4. tradi-
 tio à non domino facta,
 & 5. possessio per tempus
 legitimum continuata. *pr.*
 & §§. *seqq.* licet à suc-
 cessore §. 12. & 13. II. DO-
 NATIO, quæ vel mortis
 causa, & fit propter mortis
 suspicionem, comparatur-
 que ultimæ voluntati §. 1.
 vel inter vivos, quæ fit sine
 ulla mortis cogitatione, & i-
 terum est vel simplex §. 2.
 vel propter nuptias §. 3.
 III. LEGATUM. & IV.
 FIDEI COMMISSUM
 particulare, quos tamen
 duos modos Imperator
 infra *Tit.* 20. & 24. post ma-

Tit. VI.
de Usucap.

Tit. VII.
de Donat.

teriam testamentorum, tanquam eorum accessoria, commodius pertractandos reservat §. 6. *per quas person. cuique* & hic inferit PERSONAS circa adquisitionem considerandas, quæ vel ALIENANTES & quidem regulariter domini alienare possunt, excipitur maritus, quoad prædium dotale inæstimatum *pr.* & pupillus §. *ult.* interdum autem & non domino, nempe creditori, alienare licet. §. 2. vel ADQUIRENTES, adquiretur tam per nosmet ipsos, quam per alios *pr.* ut liberos in potestate constitutos §. 1. & 2. servos propri-

Tit. VIII.
*quib. alien.
lic. vel non.*

Tit. IX.
*per quas
person cui-
que adq.*

prios §. 3. & alienos §. 4. item per procuratorem §.

6. MODI ADQVIRENDI UNIVERSALES itidem qvatuor sunt §. *ult.* Hereditas, Bonorum possessio, *infr. libr. 3. tit. 8.* Adrogatio. *Tit. 11.* & addictio bonorum libertatum conservandarum causa *Tit. 12.*

I. Modus. HEREDITAS defertur, vel ex TESTAMENTO vel ab INTESTATO, de qua *lib. 3. Tit. 1. & seqq.* TESTAMENTUM consideratur & IN SE, & qvoad ACCESSORIA. IN SE qvoad CONSTITUTIONEM, INFIRMATIONEM & EFFECTUM. CON-

X 317
 tit. 12. 12.

X 317
 tit. 12. 12.

CONSTITUTIO respicit MODUM, CAUSAM EFFICIENTEM, & FORMAM INTRINSECAM. Respectu MODI Testamentum ex eo appellatur, *quod testatio mentis sit*, estque vel PANGANICUM *pr.* quod vel Scriptum, vel nuncupativum §. *ult.* vel solenne, vel minus solenn. Scripti & solennis testamenti requisita sunt 1. ut adhibeantur 7. testes habiles, 2. illi specialiter rogentur, 3. subscribant, 4. subsignent, & quidem 5. congregati, ut 6. testamentum uno contextu fiat, & 7. testator subscribat §. 2 3. & *seqq.* vel MILITARE. quod à militan-

Tit. X.
*de testam.
ordin.*

Tit. XI.
*de milit.
test.*

tantibus in expeditione
 fit, nec solennitates superio-
 res desiderat *pr.* dum
 modo de seria militis vo-
 luntate aperte constet. §. 1.
CAUSA EFFICIENS tes-
 tamenti est testator, cui
 permiffum est testamen-
 tum facere. Quibusdam
 autem id permiffum non
 est, ut filiofam. excepto
 peculio castrensi & quasi
 castrensi *pr.* impuberi, fu-
 rioso §. 1. prodigo, §. 2.
 surdo & muto certis casi-
 bus §. 3. cæco, nisi adhibi-
 to tabulario vel octavo
 teste, aliisque observatis
 §. 4. & ab hostibus capto
 §. *ult.* **FORMA IN-**
TRINSECA testamenti
 est **INSTITUTIO HE-**
RE-

Tit. XII.
 quib. nom
 est permiff.
 facer. te-
 stam.

REDIS i. e. *successoris in universum jus, quod defunctus habuit, facta designatio, quæ est vel PRIMA vel SECUNDA. PRIMA iterum aut NECESSARIA, ipsorum nempe Liberatorum, Liberi enim, siue masculi siue fœminæ, siue sui siue emancipati, siue nati siue posthumi, siue primi siue ulterioris gradus, necessario sunt vel heredes instituendi vel nominatim exheredandi §. ult. aut VOLUNTARIA, nempe extraneorum & quorumcunque aliorum siue servorum siue liberorum hominum pr. siue unius, siue plurimum §. 6. siue pure siue sub*
 con-

Tit. XIII.
de exheredat. libr.

Tit. XIV.
de heredib. instit.

conditione facta. §. II. & seqq. divisione faciendā secundum dispositionem testatoris, aut Legis §. 7. & seq. SECUNDA heredis institutio in locum deficientis facta, sive SUBSTITUTIO est, vel VULGARIS quæ fit cuicumque ætati & personæ à quocunque in illum casum, si quis heres non erit pr. vel PUPILLARIS quæ iterum vel vera & fit liberis impuberibus in potestate constitutis, in eum casum, si heredes erunt, & ante pubertatem decesserint. pr. vel quasi seu exemplaris, quæ fit liberis etiam puberibus mente captis, si in alienatione mentis decesserint. §. I. INFIRMA-

Tit. XV.
de vulgar.
substitut.

Tit. XVI.
de pupillar.
substitut.

MA-

Tit. XVII.
*quib. mod
 testam. in
 firm.*

MATUR testamentum
 aut **IPSO JURE**, partim
 quando *rumpitur pr.* a-
 gnatione sui heredis §. 1.
 & posteriore testamento
 jure perfecto §. 2. partim
 quando *fit irritum*, capi-
 tis diminutione testato-
 ris §. 4. ad mortem us-
 que durantis §. 6. aut **OF-
 FICIO JUDICIS**, per
 querelam **INOFFICIO-
 SI TESTAMENTI** quæ
 inique exheredatis aut
 præteritis liberis, imo
 parentibus, item fratri-
 bus, turpibus personis
 scriptis, competit §. 1. si
 nihil iis à testatoribus re-
 lictum §. 3. **EFFECTUS**
 Testamenti potissimum
 consistit in **ADQVISI-
 TIO.**

Tit. XVIII
*de inoffic.
 testam.*

TIT.
 HE
 TA
 RE
 sum
 ju
 plo ju
 extra
 neleu
 pro h
 iplo
 runt
 A
 menti
 LEG.
 MISS
 LI. L
 donat
 in re
 ju
 dere

TIONE HEREDITA-
TIS, quæ fit secundum
HEREDUM QUALI-
TATEM ET DIFFE-
RENTIAM aut enim
sunt *necessarii* pr. §. 1. aut
sui & necessarii §. 2. qui i-
pso jure immixtione, aut
extranei §. 3. qui additio-
ne seu voluntate nuda, vel
pro herede gestione, seu
ipso facto, eam adqui-
runt. §. 6.

Tit. XIX.
de hered.
qual. &
differ.

ACCESSORIA testa-
menti ut plurimum sunt
LEGATA, FIDEI COM-
MISSA, ET CODICIL-
LI. LEGATUM, quod est
donatio quædam à defun-
cto relicta, ab herede præ-
standa. §. 1. tit. seq. confi-
deratur & quoad CON-
C STI-

Tit. XX.
de legat.

STITUTIONEM & qvoad ADEMP-
TIONEM. CONSTITUI-
TUR autem & legatur,
tam res propria, licet ob-
ligata, §. 5. qvàm aliena,
sive heredis, sive tertii §.
4. tam præsens, qvàm fu-
tura §. 7. tam corporalis,
qvàm incorporalis §. 21.
tam species, qvàm genus
§. 22. & 23. tam pure, qvàm
sub conditione §. 31. iis ta-
men solùm cum qvibus
est Testamenti factio. §.
24. & seqq. ADIMITUR
legatum aut IN TO-
TUM voluntate testato-
ris, tam *ademptione* verbis
vel factis declarata, qvàm
translatione in alium de-
finite factâ vel PROPAR-
TE,

Tit. XXI.
d. adempt.
Legat.

TE, legis auctoritate, per
LEGEM FALCIDIAM
 qua cavetur, ne ultra do-
 drantem testator legata
 distribuere possit, sed ut
 quarta pars bonorum,
 semper penes heredem
 remaneat, quam vel reti-
 nere, vel à quocunq; vin-
 dicare potest. *pr. FIDEL*
COMMISSUM, quod non
directis & civilibus, sed ob-
liquis & precariis verbis
relinquitur, aliud est **UNI-**
VERSALE quo quis he-
 reditatem aut totam aut
 partem ejus alii restituere
 rogatur. §. 2. Idque vel in
 testamento, vel ab intesta-
 to §. 8. in quo heres dire-
 cto institutus, quartam
 partem, si illam salvam
 C 2 non

Tit. XXII.

*de Lega
 falcid.*

Tit. XXIII.

*de fidei
 com. hered.
 & ad Se-
 nat. Tre-
 bell.*

non habeat, per SCtum
 Trebellianum deducere
 potest, divisis pro rata o-
 neribus hereditariis §. 5.
 & seqq. nisi restitutio faci-
 cienda, certâ aliquâ re
 præceptâ §. 6. aliud SIN-
 GULARE five particula-
 re, *quo quis singularem rem*
restituere rogatur, quod
 Legatis per omnia exæ-
 quatum. CODICILLUS
est voluntatis ultimæ mi-
nus solennis declaratio §.
ult. coram quinque testibus,
sine directâ heredis in-
stitutione facta.

Tit. xxiv.
de sing. reb.
per fideic.
rel.

Tit. xxv.
de codicill.

§. 2.

☉ (o) ☉

CON-

CONNEXIO
INSTITUTIONUM.

LIB. III.

HEREDITAS, quæ
defertur ab INTE-
STATO, licet hodie ex
Jure novissimo 1. *Descen-*
dentibus 2. *Ascendentibus.*
3. *Collateralibus.* 4. *viro &*
uxori, & 5. *Fisco* deferatur,
secundum ordinem ta-
men & jus Institutionum
alia est INGENUORUM
alia LIBERTORUM.
INGENUORUM defer-
tur I. SUIIS heredibus, *qui*
defuncto gradu proximi, &
in potestate ejus mortis tem-
pore extiterunt s. 1. & 2. II.
AGNATIS *qui sunt co-*
gnati per virilis sexus per-

§ 3

sonas

Tit. I.
d. heredit.
que ab in-
test. defer.

Tit. II.
de legit. a-
gnat. succ.

Tit. III.
*de SCro
Tertull.*

Tit. IV.
*de SCro
Orphit.*

Tit. V.
*de success
cognat.*

Tit. VI.
*de gradib.
cognat.*

sonas juncti. pr. & §. 1. §. 5.
 quibus per SCTUM
 TERTULLIANUM ma-
 ter, qvoad suceffionem
 liberorum §. 4. etiam
 vulgo qvæfitorum §. 7. &
 per SCTUM ORPHI-
 TIANUM liberi, qvoad
 matrem annumerantur.
 III. COGNATIS qui
 per feminini sexus per-
 sonas junguntur. §. 2. &
 qvidem secundum GRA-
 DUUM prærogativam
 in qvorum computatio-
 ne confideratur vel linea
 recta, eaqve aut ascen-
 dens aut descendens, vel
 collateralis, qvæ aut æ-
 qualis aut inæqualis *pr.* ita
 etiam ut & SERVILIS
 COGNATIO attenda-
 tur.

tur. Hereditas LIBER-
TORUM maxime sine li-
beris defunctorum, defer-
tur non tantum patronis,
sed eorum etiam liberis,
idque æqualiter, nisi uni-
vel aliquibus libertus à
patre fit ASSIGNATUS
hoc est expresse ab eo si-
gnificatum, cujus ex libe-
ris eum libertum esse ve-
lit, quo is solus liberto suc-
cedat. *pr.*

SECUNDUS MO-
DUS universalis adqui-
rendi dominium ex JU-
RE CIVILI, nempe BO-
NORUM POSSESSIO
est *jus persequendi retinen-
diqve patrimonii, quod cu-
jusq; cum moritur, fuit.* Di-
viditur in extraordinariam

C 4

§. 3.

Tit. VII.
*de servil.
cognat.*

Tit. VIII.
*de succes-
sion. libert.*

Tit. IX.
*d. assignat.
libert.*

Tit. X.
*de honor.
poss.*

§. 3. & ordinariam, quæ iterū datur vel ex causa testati, five factō testamentō, tam contra, quam secundum tabulas, vel ex causa intestati, five nullo factō, testamentō 1. liberis, 2. legitimis, 3. cognatis, 4. viro & uxori, §. 3. & 4. **TERTIUS MODUS** est **ADROGATIO** qua olim adrogatori omnia bona adrogati pleno jure *pr.* & §. 1. hodie vero quoad usum fructum tantum vivente adrogato, eo autem mortuo, quoad dominium etiam adquiruntur. §. 2. & 3. **QUARTUS** denique est **ADDICTIO BONORUM**, libertatum conservandarum causa qua vel iis quibus libertates reli-

Tit. XI.
*de adqui
sit. per ad-
rogat.*

Tit. XII.
*de eo cui
libertat.
caus. bon.
addic.*

relictæ erant *pr.* vel cui-
 cunque alii petenti, &
 creditoribus satisfacere
 volenti §. 1. nemine here-
 de existente, bona defun-
 cti attribuuntur, ut liber-
 tates datæ exitum sortian-
 tur. §. 6. Et licet olim ad-
 huc DUO alii MODI ad-
 quirendi fuerint, nempe
 SUCCESSIO quæ fiebat
 per debitoris obæratî so-
 lennem BONORUM
 VENDITIONEM, & ex
 SENATUSC. CLAU-
 DIANO qvo mulier libe-
 ra, servili amore bachata,
 Domino servi, cum o-
 mnibus bonis, addiceba-
 tur, tamen alter jam ante
 Justinian. in usu esse desiit,
pr. alter vero ab ipso est
 sublatus §. 1. C5 Ab-

Tit. XIII.
*de success.
 subl. quæ
 fieb. per
 bon. vend.
 & ex SCto
 Claudi.*

Tit. XIV
de obligat.

Absolutis rebus quat.
sunt in dominio, OBLI-
GATIO earum confide-
randa, quæ est *juris vincu-
lum*, quo necessitate astringimur alicujus rei solvendæ secundum nostræ civitatis jura pr. dividitur in civilem & prætoriam. §. i. Oritur vero, vel ex CONTRACTU, qui est conventio propria sua vi obligationem ad agendum efficacem produciens, vel ex DELICTO. §. ult. OBLIGATIO ex CONTRACTU consideratur vel respectu SUI, vel respectu PERSONARUM adquirentium, vel respectu DISSOLUTIONIS. Respectu SUI, quat. oritur ex contractu aut VE-

VERO, qui expresso vel ta-
 cito consensu constat, aut
 QVASI. CONTRA-
 CTUS VERUS est vel
 REALIS, vel VERBA-
 LIS, vel LITERARIUS
 vel CONSENSUALIS.
 CONTRACTUS REA-
 LES, qui prater consen-
 sum, ad sui perfectionem &
 formale complementum rei
 interventum requirunt,
 quatuor sunt I. MUTU-
 UM, quod est contractus
 realis, juris gentium, stricti
 juris, quo res fungibilis pon-
 dere, numero & mensura
 constans ita datur, ut ea in
 genere, non in specie restitu-
 atur pr. II. COMMODA-
 TUM, quod contractus re-
 alis, juris Gentium, bonæ fi-
 dei,

Tit. XV.
 quib. mod.
 re contrah.
 oblig.

*dei, quo usus rei gratuitus
 & certus conceditur, ea le-
 ge, ut finito eo, res in specie
 restituatur. §. 2. III. DE-
 POSITUM, quod contra-
 ctus realis l. G. b. f. quo res
 alicui gratis custodienda
 committitur, eo animo, ut,
 quandocumque deponenti
 libuerit in specie restitua-
 tur. §. 3. IV. PIGNUS,
 quod est contractus realis l.
 G. b. f. quo res datur in se-
 curitatem crediti, donec de-
 bitum solutum §. ult. Qui
 contractus à fine & effe-
 ctu invicem distinguun-
 tur, quod primus domini-
 um, secundus usum, tertius
 custodiam, quartus secu-
 ritatem & possessionem
 rei transferat. CON-
 TRA-*

TRA
 LIS q
 prate
 requi
 LATI
 CIPAL
 RIA.
 terum
 INU T
 confid
 MODI
 sit co
 stridi
 & cong
 stans,
 tur da
 se, qu
 respon
 & §.
 vel in
 ra, v
 cond

TRACTUS VERBALIS *qui ad suam essentiam, præter consensum, verba requirit* dicitur STIPULATIO, & est vel PRINCIPALIS vel ACCESSORIA. PRINCIPALIS iterum vel UTILIS vel INUTILIS. UTILIS consideratur I. ratione MODI, & definitur *quod sit contractus juris civilis, stricti juris, interrogatione & congrua responsione constans, quo is qui interrogatur daturum facturumque se, quod interrogatus est, respondet ac promittit. pr. & §. 1. estque vel certa vel incerta d. pr. vel pura, vel in diem, vel sub conditione §. 2. & seq. vel rei*

Tit. XVI.
de verbor.
obligat.

rei vel facti §. ult II. rati-
 one PERSONARUM
 quat. non tantum LI-
 BER & UNUS stipulari
 aliusve promittere, sed
 etiam DUO pluresve REI
 stipulandi & promittendi
 fieri, imo & SERVI stipu-
 lari, & dominis ex ea ad-
 qvirere possunt III. rati-
 one DIVISIONIS specia-
 lis quod sit judicialis §. 1.
 prætorica §. 2. conventi-
 onalis §. 3. & communis
 §. 4. INUTILIS STIPU-
 LATIO fit aut ratione
 materiæ §. 1. 2. 21. aut
 causæ efficientis §. 3. 4. 7.
 8. 9. 10. 15. 20. aut formæ
 §. 1. 11. 17. 18. 23. 24. 25.
 ACCESSORIA STIPU-
 LATIO ex qua quis alie-
 no

Tit. XVII.
 de duob.
 reis stipul.
 & prom.

Tit. XLIX.
 de stipul
 serv.

Tit. XIX.
 de divis
 stipul.

Tit. XX.
 de in util.
 Stipul.

no nomine obligatur, vocatur FIDE-IUSSIO, estque nihil aliud, quam stipulatio, qua quis ob majorem creditoris securitatem, alienam obligationem, in se suscipit, manente tamen principali debitore obligato pr. omniqve obligationi & naturali & mixtæ accedere potest. §. 1. vel præcedendo, vel subsequendo §. 3. Fide iussoribus autem beneficium divisionis, excussionis, ac cendarum actionum competit. §. 4. nec etiam in duriores causas obligari, quam principalis, possunt §. 5. omne autem quod pro eo solverunt, actione mandati reperunt §. 6.

Tit. XXI.
de fide.
jus.

Tit. XXII.
de literar.
oblig.

§. 6. CONTRACTUS
LITERARIUS est contra-
ctus juris Civilis, quo quis
spe futura numerationis,
scriptura seu chirographo
datō, confitetur, se ab eo, cui
chirographum dedit, ali-
quid, quod revera datum
aut numeratum non fuit,
velut datum ac numera-
tum accepisse, ex eoque
post biennium, si confes-
sionem illam non retra-
ctaverit, efficaciter tene-
tur CONTRACTUS
CONSENSUALIS, qui
in genere consideratus so-
lo consensu perficitur, &
præter mutuum contrahen-
tium voluntatem ad sui es-
sentiam & perfectionem ni-
hil amplius desiderat, qua-
tuor

Tit. XXIII.
de oblig.
ex consen-
su.

tuor sunt species I. EM-
PTIO VENDITIO *quæ*
est contractus consensualis
J. G. b. f. de re, certo pretio
habenda, unde ad eam 1.
consensus liber & certus
pr. 2. res quæ in commer-
cio sive merx §. ult. & 3.
pretium certum §. 1. & in
pecunia numerata confi-
stens §. 2. requiritur, qui
bus intervenientibus, pe-
riculum rei, etiam ante
traditionem, emptoris
est. §. 3. II. LOCATIO
CONDUCTIO, *quæ est*
contractus cons. J. G. b. f.
quo usus rei, vel opera per-
sonæ pro certa mercede præ-
statur, cui vicina Emphiteu-
sis, quæ & ipsa contractus
consensualis. J. G. quo do-
D *minus*

Tit. xxiv.
de empt. &
vendis.

Tit xxv.
de locat.
conduct.

minus prædium suum perpetuo alicui fruendum concedit, sub lege meliorationis, & annuæ pensionis, in recognitionem directi domini §. 3. III. SOCIETAS

Tit. xxvi.
d. Societat.

quæ est contractus consens. J. G. b. f. de re utrinq; communiter & lucri & damni participandi causa, habenda, estque vel universalis, vel particularis pr. unde proportionem collatæ sortis aut operæ, lucri & damni ratio est ineunda §. 1. 2. 3. solvitur autem renunciatione tempestiva & non callida §. 4. Morte §. 5. fine negotii §. 6. publicatione §. 7. & cessione bonorum §. 8. IV. MANDATUM quod est contract.

Tit. xxvii
de mand.

tract. j. g. b f. consens. de
 negotio honesto §. 7. gratis
 suscipiendo & expediendo
 §. ult. Contrahitur 5. mo-
 dis pr. solvitur autem
 tempestiva revocatione
 §. 9. morte §. 10. & renun-
 ciatione §. 11. Sequitur
 jam OBLIGATIO quæ
 oritur ex QVASI CON-
 TRACTU. *Qui est con-*
ventio, quæ à jure ex facto
quodam, etiam inter igno-
rantes ac invites, præsumi-
tur ac fingitur, utilitatis
causa pr. ejus species sunt
 1. Negotiorum gestio §. 1.
 2. tutelæ administratio
 §. 2. 3. Communio vel
 singularis §. 3. vel univer-
 salis §. 4. 4. aditio heredi-
 tatis §. 5. & 5. solutio inde-
 biti §. 6. D 2 OB-

Tit. XXIX.
 de oblig.
 quæ quasi
 ex contr.
 nasc.

Tit. xxix.
per quas
pers. nob.
oblig. adq.

OBLIGATIO respec-
tu PERSONARUM
considerata non tantum
per nosmet ipsos, sed et-
iam per liberos, & servos,
non tantum proprios, sed
& bona fide possessos &
usu fructuarios, adqiri-
tur §. 1. & 2.

Tit. XXX.
quib. mod.
collitur obl.

DISSOLVITUR aut
tollitur tandem OBLI-
GATIO 1. solutione, *quæ*
est naturalis præstatio ejus,
quod debetur §. 1 2. accepti-
latione, *quæ imaginaria so-*
lutio §. 1. & vel simplex,
vel Aquiliana §. 2. 3. No-
vatione *quæ est prioris de-*
biti in aliam obligationem
vel civilem vel naturalem
transfusio §. 3. 4. mutuo
dissenfu §. ult.

CON-

CONNEXIO INSTITUTIONUM.

LIB. IV.

Absolutis obligatio-
nibus ex Contractu,
dispiciendum de OBLI-
GATIONIBUS EX DE-
LICTO *quod est turpe fa-
ctum contra prohibitionem
legis admissum.* Est autem
vel VERUM, *quod dolo,*
vel QVASI, *quod culpá,*
committitur. VERA DE-
LICTA sunt. I. FUR-
TUM, *quod est contraecta-
tio fraudulosa, lucri facien-
di gratia, vel ipsius rei, vel
etiam usus ejus possessionis-
ve, quod lege naturali pro-
hibitum est, admittere.* §. 1.
estque aut manifestum,

D 3 quod

Tit. I.
*de oblig.
qua ex de-
lict. nasc.*

Tit. II.
de vi bon.
rapt.

quod dupli pœna coerce-
tur. §. 3. & 5. II. RAPINA
quæ est *contrectatio violen-*
ta rei mobilis, fraude, i. &

lucri faciendi causa facta,
& coerceatur intra annum
restitutione quadrupli,
cui tamen rei persecutio

ineft, post annū simpli *pr.*
III. DAMNUM injuria da-
tum, *quod res aliena sive ani-*
mata sive inanimata, per in-

juriam. b. c. nullo jure, cor-
rumpitur aut perimitur,
LEGE AQUILIA vindi-
candum. Ex cujus Legis

i. capite, quanti damnum
plurimi in anno §. 9. ex 3.
vero quanti in diebus tri-
ginta proximis fuerit §.

14. 15. agitur. IV. INJU-
RIA quæ est *delictum do-*
lo,

Tit. III.
de Lege
Aquil.

Tit. IV.
de injur.

le
min
pr. e
verb
spec
§. 1. P
agur
in at
quan
judex
erit. §
liter
Q
comm
qui
male
prop
de ea
judica
2. Ab
cui
quid

lo, in contumeliam & igno-
miniam alterius admissum.

pr. estque vel realis, vel
verbalis, cujus potissima
species famosus libellus
§. 1. Pœna ejus, si civiliter
agitur, est condemnatio
in æstimationem injuriæ,
quam vel ipse passus, vel
judex, prout ei visum fu-
erit, fecit, si vero crimina-
liter, extraordinaria §. 10.

QVASI DELICTUM
committitur 1. à judice,
qui per imprudentiam
male judicavit, & tenetur
propterea, in quantum
de ea re æquum religioni
judicantis videbitur *pr.*
2. Ab eo ex cujus cœna-
culo dejectum effusumq;
quid est, quod nocuit, qui

Tit. V.
de oblig.
qua quasi
ex del.
nasc.

D 4 pu

punitur ob damnum re-
bus datum in duplum, &
liberum hominem occi-
sum 50. aureis; vulnera-
tum vero vel læsum cu-
rationis & operarum a
missarum refusione § 1.
3. qui aliquid positum vel
suspensum habet, quod
potest, si ceciderit, alicui
nocere, statutà 10. aure-
orum pœnà, §. 1. 4. Ab
eo, qui opera malorum
hominum damnum dan-
tium utitur, pœnâ in du-
plum constitutâ. §. ult.

Tertium denique Ju-
ris objectum sunt ACTI-
ONES, quæ exercentur
vel in judicio PRIVA-
TO, quod ad utilitatem &
*interesse potissimum priva-
ti,*

ti, consuetis actionibus per
 agitur, vel in iudicio PU-
 Blico, tit. ult. Circa a-
 ctiones quæ in iudicio
 PRIVATO exercentur,
 considerantur vel LITI-
 GANTES vel JUDEX.
 tit. 17. LITIGANTES
 quat. vel RECTE & legi-
 time, vel TEMERE liti-
 gant, & propterea coer-
 centur, tit. 16. RECTE li-
 tigantes disceptant vel de
 RE IPSA, per actiones
 ordinarias & propriè sic
 dictas, vel tantum de
 POSSESSIONE, per in-
 terdicta tit. 15. ACTIO-
 NES propriè sic dictæ
 considerantur porro vel
 quoad CONSTITUTIO-
 NEM, vel quoad in judi-
 D s cium

IV. AT
 tit. 17.
 17.

cium INTRODUCTIONEM *tit. 10. 11.* vel quoad DISSOLUTIONEM *tit. 12.* QUOAD CONSTITUTIONEM iterum quatenus dantur vel IMMEDIATE ex facto nostro proprio, vel MEDIANTE ex alieno *tit. 7. 8. 9.* Quatenus actio, proprie sic dicta de re ipsa, IMMEDIATE ex facto nostro datur potissimum consideratur & definitur, *jus persequendi in judicio, quod sibi debetur.* *pr.* Dividitur 1. in Realem, *quæ ex jure in re,* Personalem, *quæ ex jure ad rem, sive obligatione,* & mixtam, *quæ partim ex jure in re, partim ad rem oritur*

Tit. VI.
de actionibus.

tur §. 1. 20. II. in Civilem,
 quæ ex Legitimis & Civili-
 bus causis, & prætoriam,
 quæ ex jurisdictione Præto-
 ris descendit. §. 3. Actio-
 nes Civiles & Reales sunt;
 Rei vindicatio §. 1. & A-
 ctio confessoria §. 2. Acti-
 ones Prætorix reales sunt:
 actio Publiciana §. 4. Re-
 scissoria §. 5. Revocatoria,
 §. 6. Serviana & quasi ser-
 viana, sive Hypothecaria
 §. 7. Actiones vero Præ-
 torix personales sunt: a-
 ctio de constituta pecu-
 nia §. 9. de peculio §. 10
 ex jure jurando §. 11. de
 albo corrupto, reo exem-
 pto, & parente patronove
 sine venia in jus vocato §.
 12. Dividitur III, quod fit
 vel

vel rei persecutoria §. 16.
 17. *qua rem, quæ ex patri-
 monio nostro abest, vel pœ-
 nalis, qua pœnam, vel-
 mixta, qua & rem & pœ-
 nam persequimur.* §. 18. 19.
 IV. quod sit vel in sim-
 plum §. 21. 22. vel in du-
 plum §. 13. vel in triplum
 §. 24. vel in quadruplum
 §. 25. 26. 27. V. quod vel
 bonæ fidei §. 28. 29. 30. vel
 stricti juris *d.* §. 28. vel ar-
 bitraria §. 31. Denique VI.
 quod quædam solidum
 persequatur, quædam
 minus solido. §. 38. 39. &
seqq.

Factum vero alienum
 ex quo **MEDIATE** inter-
 dum in nos competit a-
 ctio est vel **HOMINUM**,
 vel

vel BRUTORUM. HO-
MINUM iterum vel
CONTRACTUS, vel
DELICTUM, EX CON-
TRACTU HOMI-
NUM, qui sunt sub no-
stra potestate, interdum
etiam aliorum, in nos da-
tur Actio quod jusu §. 1
Exercitoria, Institoria §.
2. Tributaria §. 3. de Pe-
culio & in Rem verso §.
4. EX DELICTO SER-
VORUM non etiam filio-
rum fam. §. ult. Domini
tenentur actione NOXA-
LI, ut aut litis æstimatio-
nem sufferant, aut ser-
vum noxæ dedant *pr.* EX
FACTO autem & dam-
no BRUTORUM oritur
actio de PAUPERIE tum
no-

Tit. VII.

*quod cum
eo qui in
alien. pot.
est. neg.
gest. ess.
lic.*

Tit. VIII.

d. nox. act.

Tit. IX.

*si quadr.
paup. fec.
dicat.*

noxalis ad exemplum superioris, §. 1. tum ex Ædilitio Edicto. §. ult.

ACTIO quoad INTRODUCTIONEM in iudicium spectat & PERSONAS, quæ vel suo vel alieno aut procuratorio nomine agunt, & illarum SATISDATIONEM ut de iudicio fisci §. 2. rem ratam haberi §. 3. & iudicatum solvi §. 5. 6.

Sequitur ACTIONUM DISSOLUTIO, quæ fit vel AUCTORITATE JURIS idque aut Tempore, partim annuo, partim 30. & 40. annorum *pr.* aut Morte. §. 1. aut Satisfactione §. ult. vel opere EXEPTIONIS quæ est

Tit. X.
de iis per quos ager. poss.

Tit. XI.
de satisf. dat.

Tit. XII.
de perpet. & temporal. act. & que ad her. & in her. transf.

Tit. XIII.
de except.

est *defensio reo competens, ad aëtoris persecutionem, i- pso jure validam, excluden- dam, pr.* Alia autem Civilis alia Prætoria est §. 7. alia Perpetua & perempto- ria. *quæ semper agentibus obstat & semper rem, de qua agitur, perimit.* §. 9. ut ex- ceptio metus, doli, erro- ris §. 1. non numeratæ pe- cuniæ §. 2. pacti perpetui §. 3. jurisjurandi §. 4. rei- judicatæ §. 5. alia Tempo- ralis & dilatoria, *quæ ad tempus saltē nocet, & tem- poris dilationem tribuit,* ut pacti temporalis §. 10. & procuratoris inhabilis §. ult. Exceptioni autem ob- jicitur **REPLICATIO.** quæ est *exceptionis exclu- sio*

Tit. XIV.
de replicat.

sio ad firmandam intentionem actoris adducta pr. cui reus duplicationem §. 1. actor triplicationem & sic ultra subicit. §. 2. 3.

Tit. XV.
de interd.
dict.

ACTIONES quæ pro rei POSSESSIONE competunt, vocantur INTERDICTA & hodie sunt *actiones extraordinariæ*, quibus maximè de possessione rerum corporalium vel quasi possessione rerum incorporalium experimur. *pr. §. ult.* Dividuntur i. in Prohibitoria, quibus *prætor aliquid fieri vetat*, qvalia sunt *interdictum uti possidetis, de mortuo inferendo, ne quid in loco sacro & flumine publico fiat.* Restitutoria, quibus *Prætor aliquid resti-*

stituti jubet, ut interdictum quorum bonorum, unde vi, & quod Legatorum, & Exhibitoria, quibus Prætor jubet rem exhiberi, quæ sunt interdictum de libero homine, liberto & liberis exhibendis §. 1. II. in Adipiscendæ, quibus possessio primum adquiritur ut interdictum quorum bonorum, & Salvianum, §. 2. 3. Retinendæ, quibus possessio adquisita & turbata retinetur, ut uti possidetis, quod de re immobili, & utrobi, quod re mobili competit. §. 4. & Recuperandæ possessionis, quibus vi amissa recuperatur, ut interdictum unde vi §. 6. III. in Simplicia, in quibus constat quis actor

E quis

quis reus sit, qvalia sunt omnia restitutoria, exhibitoria, & qvædam prohibitoria, & Duplicia, in quibus par utriusque litigatoris conditio est, veluti interdictum uti possidetis & utrobi §. 7.

Tit. XVI.
de pæn. temer. litig.

Seqvuntur nunc TEMERE & improbè litigantes qui coercentur modo pœna pecuniaria *pr. §. 1.* modo juris iurandi religione, qvòd & Advocati subeunt §. 1. modo infamiæ metu §. 2.

Tit. XVII.
de offic. iudic.

Qvòd ad actiones respectu JUDICIS attinet ejus OFFICIUM generaliter in eo consistit, ut non aliter judicet, qvam legibus, aut constitutionibus, aut

aut moribus proditum est. *pr.* & ut consideret cuiusque intentatæ actionis naturam, juxta eam sententiam ferat, quod specialibus exemplis illustratur §. 1. & seq.

Subjiciuntur tandem Actiones, quæ exercentur in JUDICIIS PUBLICIS i. e. illis, quæ ex Legibus publicorum judiciorum, de crimine, ad interesse potissimum publicum, constituta sunt & quorum executio plerumque cuius ex populo datur §. 1. Horum quædam sunt Capitalia, quædam non capitalia §. 2. Et quidem I. est ex L. Julia Majestatis, quæ in eos qui contra Imperat. vel Remp.

Tit. ULT.
de public.
judic.

E 2


ali-


aliquid moliti sunt, animæ amissione cum damnatione memoriæ vigorem suum extendit, §. 3. II. ex L. Julia de Adulteriis, quæ illicitum coitum, utputa adulterium & sodomiam gladio, stuprum vero in honestis, publicatione partis dimidiæ bonorum, in humilibus, corporis coercitione cum relegatione punit §. 4. III. ex L. Cornel. de sicar. quæ homicidas & veneficos capite damnat, §. 5. IV. ex L. Pompeia de parricidiis, quæ parentum & liberorum occisionem asperri-
ma pœna culei persequitur §. 6. V. ex L. Cornel. de Falsis, quæ omnem veritatis do-
lo-


iosam immutationem ,
 pro varietate variè punit
 §. 7. VI. ex L. Jul. de vi quæ
 publicam vim, deporta-
 tione, privatam vero ter-
 tia parte bonorum coer-
 cet. §. 8. VII. ex L. Jul. pe-
 culatus, quæ eos qui publi-
 cam pecuniam, vel rem
 sacram & religiosam fu-
 rantur pœnæ deportatio-
 nis subjicit § 9. sunt præ-
 terea inter publica judi-
 cia, VIII. Lex Flavia de plagi-
 ariis § 10. IX. L. Jul. de ambitu
 X. L. Jul. repetund. XI. L. Jul.
 de ann. XII. L. Jul. de residuis:
 quorum omnium ut & su-
 periorum diligentior sci-
 entia ex latioribus Digest.
 libris haurienda.


S. D. G.













Universitäts
Bibliothek
Rostock

http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn1689876417/phys_0080

DFG



the scale towards document



bjede-
 RE-
 tio-
 one
 nfr.
 MF-
 um
 tri-
 aiq;
 un-
 ni-
 vel
 vel
 ni-
 ius,
 re-
 io.
 O-

Tit. I.
 de rer. di-
 vis. & ad-
 quir. ear.
 domin.